Septem sunt anni, ex quo in illustris scholae Misnensis annali de Sophoclis emendandi praesidiis commentatus sum. In quo libello etsi haud pauca mihi retractanda esse intellego, ipsius tamen sententiae, quam in eo defendendam suscepi, ne nunc quidem est quod me poeniteat. Nam codicem Laurentianum XXXII, 9 unum omnium, quotquot nunc exstant, librorum esse fontem qui post C. G. Cobetum studiosissime defendit Guilielmus Dindorfius, ne Augusto Nauckio quidem persuasit, qui illo etiam diligentius Laurentiani uestigiis insistendum esse praecipit (nou. ann. philol. uol. LXXXV. p. 166 sqq.). Post hos autem qui de eadem re quaesiuerunt Antonius Seyffertus (in quaestionibus criticis de codicibus Sophoclis recte aestimandis, quae Halis prodierunt a. 1863.) et Joannes Kviçala (in diar. gymn. Austr. a. 1866. p. 21 sqq.) in summa quidem re mecum consentiunt: dissentiunt maxime in eo, quod codicem Florentinum 2725, qui Γ littera signatur, ex Laurentiani archetypo originem duxisse iudicaui. Quod contra Kviçala quae disputauit (p. 30 sq.), facili negotio diluuntur, cum librum Γ non ex illius archetypo ipso descriptum, sed per unum alterumue librum, qui medius inter utrumque fuerit, deductum esse statuamus. At communem esse utriusque fontem ab eius familiae, quam Parisinus 2712 ducit, origine diuersum euincit lectionum, in quibus illi soli conspirant, multitudo: quem consensum uereor ut probabiliter possit explicare Seyffertus, qui illud parum acute a me conclusum esse criminatur (p. 27).



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Sed quaestionem de codicum Sophocleorum rationibus perquam difficilem et spinosam retractare nunc quidem nec uacat nec libet. Neque uero eorum iudicio accedendum esse arbitror, qui ullum eius quaestionis usum esse negant. Nam quod reliquorum praeter Laurentianum librorum scripturis non maius pretium statuendum esse praecipiunt, quam nostratium hominum inuentis, id ita demum recte praeciperetur, si aut a Laurentiano ceteros omnes deriuatos esse aut qui hunc librum scripsit, commune omnium archetypum tanta fide expressisse constaret, ut si quid huius auctoritate destitueretur, id ne in archetypo quidem fuisse consentaneum esset. Verum ne hoc quidem ut credamus, faciunt praeter alia uersus quinque ab eo, qui Laurentianum scripsit, omissi, suppleti a diorthota, quem dicunt: quem alio atque illum exemplo usum esse Nauckius, Seyffertus, Kviçala consentientes existimant. Quos uersus cum nihil iam a Laurentiani praestantia commendationis habere pateat, nemo tamen a Sophocle non scriptos esse credidit. At quod in his alii libri fidelius archetypi memoriam seruasse reperiuntur, quidni etiam in aliis, quae in Laurentiano uitiata leguntur, fieri potuisse censeamus, modo ne illorum lectiones ullam interpolationis suspitionem moueant? Et Parisinum 2712 rarius correctoris manum expertum esse planissime perspicies, ubi scripturas illius contuleris cum eius hominis audacia, quem aliquanto ante Demetrium Triclinium Sophoclis fabulas uno Laurentiano usum recensuisse post Elmsleium olim docui (p. 17 sq.). Neque G. Dindorfius cum id ageret, ut temerariis illum mutationibus deprauatum esse ostenderet, ex Antigona plura quam quindecim exempla protulit (ed. Oxon. tert. uol. III. p. IX sq.), quae et ipsa magnam partem ita comparata sunt, ut utrum casu an consilio mutata dicas, iure ambigas. Itaque ne illud quidem, quod Philoct. u. 220 sq. adhuc edebatur

*τίνες ποτ᾽ ἐς γῆν τήνδε ναυτίλῳ πλάτῃ*
*κατέσχετ᾽ οὔτ᾽ εὔορμον οὔτ᾽ οἰκουμένην*

(pro quibus in Laurentiano est *τίνες ποτ᾽ ἐς γῆν τήνδε κἀκ ποίας πάτρας* uerbis extremis ex u. 222 illatis) satis caussae uidetur esse, cur interpolatori deberi arbitremur, quem exquisitiore dicendi genere usum esse miraremur. At uero Nauckius hoc in genere tam suspitiosum se

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

praebuit, ut unius Laurentiani libri apices aucupans haud raro contra reliquorum fidem ea nouaret, quibus uereor ne deprauasse potius quam emendasse poetae orationem putandus sit. Leuius est quod Oed. Col. u. 431 sq., ubi post Elmsleium uulgatur

*εἴποις ἂν ὡς θέλοντι τοῦτ᾽ ἐμοὶ τότε*
*πόλις τὸ δῶρον εἰκότως κατήνυσεν*

cum in Laurentiano uitio scilicet in hoc libro frequentissimo*) *κατηίνυσεν* scriptum esse uideret, id potius *κατήνεσεν* esse credidit ignoto illi critico, de quo supra mentionem feci, quamquam non quid promisisset, sed quid effecisset ciuitas, necessario dicendum erat. Nam quod *δῶρον κατήνυσε* recte iungi negauit, immemor fuisse uidetur eorum, quae ipse cum plerisque edidit Trach. u. 995 sq. *ἱερῶν οἵαν οἵων ἐπί μοι μελέῳ χάριν ἤνυσας.* Sed extrema eadem Oedipi oratione, in qua nunc quidem consistam,

*ἐὰν γὰρ ὑμεῖς, ὦ ξένοι, θέλητέ μου*
*πρὸς ταῖσδε ταῖς σεμναῖσι δημούχοις θεαῖς*
*ἀλκὴν ποιεῖσθαι, τῇδε τῇ πόλει μέγαν*
*σωτῆρ᾽ ἀρεῖσθε, τοῖς δ᾽ ἐμοῖς ἐχθροῖς πόνους,*

ut nihil dicam nec de paenultimi uersus mutatione, de qua ipse dubitare uidetur, nec de uersuum transpositione, quam redarguit responsum chori, illud quidem obiter inspicienti perplacere poterit, quod extremo uersu Nauckius ex prima Laurentiani scriptura *τοῖς* siue *τῆς* (nam *οῖ* in litura est pro *ῆ*) *ἐμῆς ἐχθροῖς* effinxit *τῆς δὲ γῆς ἐχθροῖς πόνους,* siquidem suorum, non Oedipi inimicorum clade mouendi fuisse uidentur senes Colonei. Sed enim ad horum animos captandos satis ualiturum esse uidebatur, quod terrae Atticae suum aduentum salutarem fore spoponderat: atque Oedipo, cujus animum ira ulciscendique cupiditate supra modum incensum omnis declarat oratio, quid magis conuenit, quam alteram etiam diuinae praedictionis partem iactare, qua quod Atticae saluti, idem suis ini-

*) u. 29 *ὁρῶι.* 77 *καιφάνηις.* 231 *ἑτέραι.* 262 *σώιζειν*, ut semper (566. 1027. 1210. 1367. 1530). 337 *ἐκείνωι.* 366 *σημαίνουσ᾽.* 440 *τηνίκ᾽*? 472 *τέχνηι.* 611 *θνήισκειν.* 700 *μεγίσται.* 718 *θρώισκει.* 786 *ἄναιτος.* 820 *ὤιμοι.* 1035 *ἐμηχανῶι.* 1078 *πάθηι.* 1213 *ζώιειν.* 1309 *ὧι.* 1514 *πολλαί.* 1543 *σφῶι.* 1574 *γᾶις.* 1578 *κικλήισκω.* 1600 *τῶιδ᾽.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

micis, qui se expulissent, perniciei fore portenderetur? Quem eundem infra u. 646 dixisse certum est

*ἐν ᾧ κρατήσω τῶν ἔμ᾽ ἐκβεβληκότων,*

non quod Nauckius eum dicentem fecit *ἐν ᾧ κρατήσεις τῶν ἔμ᾽ ἐκβεβληκότων.* Id enim si positurus fuit poeta, non poterat uersu superiori scribere *ἐν ᾧ τί πράξεις;* Nauckius autem quod uersu proximo

*μέγ᾽ ἂν λέγοις δώρημα τῆς συνουσίας*

suspitionem suam confirmari iudicat, non fuit Theseus tam hebetis ingenii, ut cum eo loco, quo sepultus esset Oedipus, Thebanos superatum iri audiuisset, nunc quam suam uictoriam diceret Oedipus, eam Atheniensium intellegi ignoraret.

Itaque in his quidem ipsa res et sententiae ratio euincit calidius uirum acutissimum ea, quae aptissima sunt, correxisse, id quod nescio an nulla in fabula saepius ei acciderit*): sed ne legem quidem, quam in recen-

---

*) Documento sunto uersus quattuor 588—591, quorum tres Nauckius nulla iusta caussa mutauit, cum autem, qui uitiosus est, non ea quae probari posset ratione correxit. Nam u. 590 quod Ed. Goebelium (obseru. in Lucretium p. 49) secutus cum G. Dindorfio et A. Meinekio edidit,

*ἀλλ᾽ οὐ θελόντων γ᾽ οὐδὲ σοὶ φεύγειν καλόν,*

quamquam scite inuentum est, tamen uerum non esse efficitur responso Oedipi

*ἀλλ᾽ οὐδ᾽, ὅτ᾽ αὐτὸς ἤθελον, παρίεσαν.*

In quo ad *ἤθελον* nihil iam addi potest, nisi *φεύγειν*: at Oedipus ut excusaret, quod nollet nunc Thebanis ipsum reducere cupientibus obsecundare, non hoc debebat argumento uti se exulare, cum ipse uellet, uetitum esse a Thebanis, sed ne maneret, cum cuperet, esse prohibitum. Quae res cum Nauckium non fugeret, scribendum putauit *ἀλλ᾽ οὐδ᾽, ὅσ᾽ αὐτὸς ἤθελον, παρίεσαν*: quae scriptura illi quidem uitio medetur, sed eam sententiam peruertit, quae prorsus necessaria est. Identidem enim Oedipus et filiis et Thebanis omnibus exprobrat, quod nec exsilii nec mansionis gratiam sibi praebuerint tum, cum ipse quam maxime optaret, sed cum discedere uellet, retinuerint, cum manere, eiecerint. Cf. u. 433 sqq. 765 sqq. Quod argumentum ita comparatum est, ut *ὅσα* si in libris omnibus legeretur, reponi tamen oporteret *ὅτε*: quo seruato ne Goebelii quidem scriptura stare potest. Qua repudiata uel G. Hermanni uel Fr. G. Schneidewini ratio relinquitur (nam ceterorum conatus tacere praestat): sed hae quoque cum suas quaeque difficultates habeant, quas nunc exponere longum est, uidendum est an scripserit poeta *ἀλλ᾽ οὖν θελόντων γ᾽ οὐδὲ σοὶ φεύγειν καλόν· at illi cum te reducere uelint, ne te quidem id recusare decet*, quae sententia ipsa docebit, quo iure Nauckius *οὐδὲ* particula, ut alia negatio praecederet, requiri dixerit. *Ἀλλ᾽ οὖν* particulas eodem modo usurpatas habes Ant. 84. Ai. 535. Plat. Prot. p. 310 A. Xen. Cyr. I, 4, 19 al. De reliquis ut breuius absoluam, u. 588

*πότερα τῶν σῶν ἐκγόνων ἢ ᾽μοῦ λέγεις;*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

sendo poeta secutus est, idoneis argumentis satis stabilitam esse arbitramur, quamquam cautionem in usurpando libro Parisino adhibendam esse et ille uerissime iudicauit nec me olim latuit (p. 26). Sed in omni hac quaestione illud dolendum est, quod Parisini scriptura nisi in Oedipo utroque et Antigona diligenter enotata non exstat, cuius hunc certe usum esse ne Cobetianae quidem legis sectatores infitiabuntur, ut de controuersia illa plenius aliquando iudicari possit. Quamobrem scribendi necessitate mihi iniuncta, cum alia, de quibus cogitaueram, nunc quidem absoluere non potuissem quippe muneris nuper suscepti negotiis obrutus, hac opportunitate ita utendum putaui, ut quod non semel rogatus sum, libri Parisini lectiones reliquarum fabularum meum in usum a Guilielmo Froehnero exscriptas uulgarem. Qui quod tanta se cura codicem explorasse mihi perscripsit, ut messem omnem cum puluisculo ut aiunt abstulerit, id arrogantius sane iactasse uidetur, siquidem in lituris certe indicandis neglegentiorem eum fuisse probant, quae ad Antigonam et Oedipum regem ex eodem libro a Fr. Duebnero annotata G. Dindorfius edidit (in praef. uol. III. et VIII. ed. Oxon., quae tamen passim supplentur annotationibus). Sed non mediocrem Froehneri diligentiam arguunt haud pauca, quae a Duebnero in eisdem fabulis praetermissa notauit*).

---

idoneis argumentis iam G. Wolffius (diar. ant. stud. a. 1853. p. 348) defendit, quibus id unum ego addo non recte Theseo eam suspitionem assignari, a qua quam sit alienus, u. 606 satis declarat. Proximum autem uersum

κεῖνοι κομίζειν κεῖσ᾽ ἀναγκάζουσί με

satis opinor tuetur ille βιάζεσθαι et ἀναγκάζειν uerborum usus, de quo praeter alios dixit Buttmannus in Dem. Mid. p. 176: quem usum qui nouerant, non potuerunt μὲ non iungere cum κομίζειν. Sed in eadem uicinia correctum oportuit uitium, quo u. 565

ὥστε ξένον γ᾽ ἂν οὐδέν᾽ ὄνθ᾽ ὥσπερ σὺ νῦν
ὑπεκτραποίμην μὴ οὐ συνεκσῴζειν

laborare monstrauit G. Hermannus: qui quod restituit ὥστ᾽ οὐ ξένον γ᾽ ἂν οὐδὲν ὄντα, libenter ego acciperem, nisi hospitem potius summa calamitate afflictum, quam qui nullo in loco habetur, dicendum fuisse putarem. Itaque scripsisse poetam arbitror ὥστε ξένον γ᾽ ἂν οὐδέν᾽ ὄνθ᾽ οὗπερ σὺ νῦν κτλ. cll. u. 336 εἴσ᾽ οὗπέρ εἰσι: cuius suspitionis ne tum quidem me poenituit, ubi A. Meinekium eadem caussa motum ὄνθ᾽ ὅπερ σὺ νῦν coniecisse uidi.

*) Antigonae loci hi sunt omissis iis, quibus spiritus et accentus discrepant: 16 νυκτῇ. 20 χαλκαίνουσ᾽. 83 υιὸν (ut saepissime in hoc libro υ pro β legitur). 235 δεδραγμένος. 279 βουλεύσαι. 340 ἔτους εἰς. 350 λαυσιαύχενα. 432 χἠμεῖς δ᾽. 446 σύντομα. 462 πρό-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

A Brunckio uero sicubi dissentire reperietur, maiorem fidem illi habendam esse confirmauerim, ut qui locos huiusmodi omnes meo rogatu denuo inspexerit. Is autem cum in conferendo codice Dindorfii editione Teubneriana tertia usus esset, ego legentium commodis ita consulturus esse uidebar, ut quae a Laurentiani memoria diuersa habet Parisinus, proponerem. In quibus quae etiam in Dindorfiano exemplo leguntur, de iis ex conferentis silentio conclusum esse tenendum est*).

## Aiax.

6 κείνου νεοχάραχθ᾽. 28 νέμει. 32 ἄΐσσω. 33 ὅπου γρ. ὅτου. 37 κυνηγίᾳ. 38 πονῶ et simil. 118. 263. 451. 519. 587. 785. 841. 894. 921 al. 40 ἦξεν. 44 βούλευμ᾽. 45 ἐξέπραξεν. 51 ἀπείργω[ξα]. 58 ἐμπίτνων. 61 πόνου. 70 ἀπείρξω. 74 σφ᾽. 75 ἀρεῖς c. gl. ἄρῃς. 80 ἐν δόμοις. 89 Αἴαν. 95 εὖ add. corr. 97 χέρα. 98 οἴδ᾽ ἀτιμάσουσ᾽. 107 κερδάνεις[ης]. 112 ἐγά σ᾽. 122 ἔμπας (?). 123 ὀθούνεκ᾽. 126 εἴδωλ᾽.

---

σθεν. 471 φώνημ᾽ γρ. γέννημα. 474 πίπτει. 607 οὐδ᾽. 615 πολύπλακτος. 649 βάλῃς. 712 χειμάροις. 852 *XO* praefixum. 892 αἰείφρουρος. 931 ἄγουσι. 999 θῶκον. 1059 σοφὸς γαρ. 1061 κέρδεσι. 1134 ἀβρότων. 1163 λαβὼν τε. 1238 πνοὴν. 1271 οἴμοι om. 1272 ἔχων. 1346 εἰσήλλατο. Quibus haec accedunt ex Oedipo rege: 32 ἑζόμεθ᾽. 46 in margine ab alia manu. 78 οἱ δέ τ᾽. 79 ν in σημαίνουσι corr. 129 γε in εἶργε corr. 202 λύκειε et similia saepe. 208 δαΐσσει. 365 χρῄζῃς. 426 καὶ post ταῦτα om. 474 φήμα. 555 χρεῖ᾽ ἦ. 614 δείκνυσι. 630 τῆσδ᾽ οὐχὶ. 840 ἐκπεφευγοίμην. 885 οὐ σὲ. 935 πρὸς τίνος. 966 κλάζοντ᾽ ὄρνις δι᾽ ὧν. 1007 φυτεύσασι. 1011 Φοῖνος corr. 1026 Κυθαιρῶνος. 1101 τὰ θυγάτηρ. 1132 γε om. 1222 καὶ bis. 1263 εἰςίδομεν. 1271 τοιαῦθ᾽ οὕνεκ᾽. 1287 et 1294 κλεῖθρα. 1516 *KP* om. 1517 *OI* om. 1518 ἀποίκων γρ. ἄποικος. 1524 Οἴδιπον. Alia ac Duebnerus his locis refert Froehnerus: Antig. 113 ὥς. 210 ἐκ γ᾽ ἐμοῦ. 244 οὐκοῦν. 619 προψαύσῃ. 725 διπλᾷ. 782 ὃν ἐκ. 1037 πρό. 1086 ὑπεκδραμῇ. 1275 γρ. λοιοπάτητον (an λουπάτητον?). Oed. reg. 181 θανατηφόρῳ. 197 κλήδωνα. 561 ἀναμετρηθεῖν. 571 οἶδα. 937 ἀσχάλοις. 1011 ταρβῶν γάρ. 1033 τί γ᾽ ἀρχαίων. 1477 ἦν εἶχες. Tacet de his: Antig. 6. 29. 97. 229 (μενεῖς). 240. 322. 485 (κἀκεῖσε). 522 (οὗτοι). 546. 577. 579. 613. 620. 695. 700. 701. 710 (σοφὸς). 734. 739. 806. 831 (παγκλαύστοις). 861. 962. 1036. 1040 (θέλουσι). 1211. Oed. reg. 87. 151. 200. 201. 495. 538. 852. 855. 866. 867. 968. 1006. 1009. 1111. 1231. 1306. 1380. 1455. 1476: quorum magna pars ad locos correctos pertinet.

*) Si quando Laurentiani manus prima scribendi uitia ipsa correxit uel qua manu quid mutatum sit, non constat, Parisinum cum posteriori scriptura conspirare scito, nisi quid aliud annotaui.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

143 *uersus ubique sic diuisi ut in Laur.* 145 *βοτὰ.* 149 *πᾶσι.* 150 *σοῦ γὰρ.* 151 *εὔπειστα-πᾶς.* 153 *τοῖς σοῖς.* 161 *σμικροτέρων.* 168 *ἅτε.* 179 *ἦ τιν'.* 185 *τόσον ἐν ποίμναις.* 189 *βασιλεῖς.* 195 *στηρίζῃ.* 196 *οὐρανίων.* 197 *ὧδ' ἀτάρβητα.* 198 *ἐν δ' ἀνέμοις.* 200 *ἕστακε.* 202 *ἐρεχθιδᾶν.* 210 *τελλεύταντος.* 215 *πάθος.* 222 *αἴθοπος.* 227 *οἴμοι.* 238 *ἄκρος.* 241 *ἱπποδέτην.* 243 *δεννάζων.* 245 *τοι* om. 249 *ἑζόμενον καὶ.* 259 *φρόνιμον.* 260 *ἐςλεύσσειν* ut ubique. 265 *νέμοι.* 283 *ξυναλγοῦσιν.* 292 *βαί'.* 301 *ὑπᾴξας.* 304 *αὐτῶν.* 305 *ἐπᾴξας.* 308 *ἐρειπίοις.* 309 *ἐρειφθεὶς.* 314 *κυροῖ.* 316 *ἐξηπιστάμην.* 317 *ἀνῴμωξεν οἰμωγὰς.* 319. 324. 325. 344. 345 ut La corr. 341 *ποτ' ἀμενοινᾷ.* 346 *δ'* om. 367 *οἶ μοι.* 379. 386. 390. 404 ut La corr. 381 *κακοπινέστατον.* 390 *βασιλεῖς.* 409 *ΤΕ.* om. 411 *οὐκέτι.* 437 *εἰς.* 448 *ἀπῆξαν.* 451 *ἐπεντύνοντ'.* 469 *εὐφράναιμι.* 472 *γ'* post *φύσιν* add. corr. *ἐκείνου.* 476 *κἀν$\overset{ε}{ά}$θεῖσα τοῦ γε.* 481. 482. 499. 514 ut La corr. 483 *ἀνδράσι* pr. 488 *τινὲς.* 493 *ἧς συνηλλάχθης.* 495 *ἀφεὶς.* 496 *ἣν γὰρ θάνῃς. τελευτήσας.* 513 *νεμεῖ* pr. 515 *σὺ.* 516 *με.* 521 *πάθοι.* 524 *ὅποθ'* (pro *ἔθ'*). 534 *τῆν ἂν.* 535. 538. 539. 557 ut La corr. 539 *γε* add. corr. 544 *ὅδ'.* 546 *που τόνδε.* 551 *γένοιο.* 558 *πνεύμασι* pr. 561 *στυγναῖς* pr. 565 *εἰνάλιος.* 569 *δείξει.* 570 *ἅ.* 573 *ἀχαιοῖς.* 575 *ἴσχης* (om. *διὰ*). 578 *ἀλλὰ τάχος.* 591 *τοῖς ἀκούουσιν.* 593 *συνέρξεθ'.* 597 *ἁλίπλακτος.* 614 *οἰοβότας.* 620 *παρ' ἀφίλοις.* 626 *φρενομώρως.* 641 *τλάμων.* 643 *δύσφοραν.* 667 *ἀτρείδας.* 672 *αἰανῆς.* 674 *δεινῶν.* 679 *ἤμην* (an *ἧμιν*?) *ἐχθραντέος.* 682 *πολλοῖσι.* 685 *εἴσω* (?). 689 *ὑμῖν.* 696 *χιονοκτύπου.* 699 *Κνάσσι'.* 700 *ἰάψῃς.* 705. 709. 714. 715. 726. 730 ut La corr. 706 *ἔλυσεν γὰρ.* 710 *θοῶν.* 712 *ἐξήνυσ'.* 716 *μετεγνώσθη.* 717 *τ'* 727 *σύναιμον.* 728 *οὐ* add. corr. 731 *προσωτάτου.* 732 *ἐν* om. 743 *πρός τι.* 752 *κἀπέσκηψε.* 761. 768. 785. 789. 791 ut La corr. 780 *εἶπεν.* 782 *ἀπεστηρήμεθα.* 783 *κεῖνος.* 805 *ἀνθηλίους.* 806 *ἀνδρὸς.* 810 *κεῖσ'.* 812—814 add. corr. cum extrema p. 122 excidissent. 812 *θέλοντας* (?). *ἂν* om. *σπεύδῃ* (?). 825. 828. 851. 860 ut La corr. 830 *θ'.* 831 *προτρέπω.* 836 deest. 837 *ἐριννῦς* ut 843 et ubique. 843 *ἴτε.* 848 *τὰς* add. corr. 858 *κοὔποτ'.* 877 *οὐδ' ἐμοὶ δὴ* add. corr. *νολῶν.* 880 *ἄγρας γρ. ἕδρας.* 888 *ἀλήταν.* 889. 894. 915. 923. 931 ut La corr.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

895 *τέκμησσαν.* 912 *πᾶ πᾶ.* 926 *ἄρ᾽* (om. *ὧδ᾽*) *ἐξανύσειν.* 941 *ἀρτίως.* 945 *ἐφεστᾶσι.* 951 *ἄγαν δ᾽.* 956 *ἄχεσιν.* 969 *πῶς.* 971 *πρὸς.* 988 *συγκάμνης.* 994 *ϑ᾽.* 1000 *δείλαιος.* 1008 *ϑ᾽ ἅμα.* 1011 *ἥδιον.* 1019 *ἀπορριφήσομαι.* 1024 *σ᾽.* 1029. 1031. 1038. 1040. 1045. 1059. 1070. 1075. 1081. 1090. 1097. 1113. 1120. 1131 ut La corr. 1034 *ἐχάλκευσε.* 1049 *το* in *τοσόνδ᾽* corr. 1051 *προσϑεὶς.* 1053 *ἄγειν.* 1070 *τ᾽* om. 1074 *καϑεστήκῃ* (οι supra). 1100 *λεῶν.* 1109 *εἰς.* 1127 *γ᾽.* 1137 *κακῶς.* 1141 *σύ δ᾽.* 1147 *δὲ σὲ καὶ τὸ* pr. 1150 *δέ* add. corr. 1154 *ἄνϑρωπε.* 1160 *κολάζων. πάρα.* 1183 *μόλω.* 1194 *ὃς.* 1202 *ὄτοβον* (?). 1214 *ἀνεῖται στυγερῷ.* 1228 *ἐκ* om. 1230 *ἐφρόνεις.* 1236 *κέκραγας.* 1243 *ἤρεσκε.* 1253 *πλευράς.* 1261 *ὅστις.* 1272 *κἀνόητ᾽.* 1274 *ἐγκεκλεισμένους.* 1276 *μοῦνος.* 1284 *ἦλϑεν ἀντίος.* 1290 *αὐτὸς.* 1298 *ὀνειδίζεις.* 1301 *μητέρ᾽ ἣ φύον.* 1313 *καὶ* om. 1325 *σ᾽.* 1329 *ξυνηρετμεῖν.* 1330. 1338. 1339. 1349. 1358. 1360. 1369. 1374. 1377 ut La corr. 1344 *ἄνδρ᾽ οὐ.* 1355 *γεναῖος.* 1357 *ἠρετὴ.* 1369 *πανταχοῦ.* 1379 *ὅσον.* 1380 *ἀνδράσιν.* 1418 *ἰδοῦσι.*

## Electra.*)

4 *οὔ ᾽πόϑεις.* 7 *οὐ ᾽ξ.* 21 *οὐκ ηέτ?* (pro *ἵν᾽ οἰκέτ᾽*). 28 *τ᾽* om. 33 *πατρὸς.* 42 *σε μηὸν.* 44 *τοιῷδ᾽.* 52 *λοιβαῖς τε.* 55 *οἶσϑα που.* 61 *ἅς* om. *σὺν.* 73 *νυν* om. 80 *ΟΡ.* om. 82 *ΟΡ.* 84 *χέοντες.* 93. 95. 99. 108. 129. 136 ut La corr. 96 *ἐξείνισε.* 99 *φονίῳ.* 122 *ἠλέκτρας.* 123 *ἀκόρετον.* 132 *οὐ ϑέλω.* 137 *δ᾽ ἐξ.* 139 *λιταῖς.* 150 *σέ σ᾽ ἔγωγε.* 167 *ὁ δὲ λάϑεται.* 169. 175. 181. 191. 198. 201. 222. 226. 241. 242. 261 ut La corr. 173 *ϑάρσοι* (posteriore loco). 182 *ἀγαμεμνονίδας.* 193 *ἀμφίσταμαι.* 204 *ἔκπλγλ᾽.* 206 *ἀεικεῖς. χειροῖν* (?). 218 *αἰεὶ.* 226 *ἂν.* 238 *ἔβλαστ᾽.* 305 *αἰεὶ.* 309 *πολλή τ᾽.* 314. 315. 316. 319 (nisi quod *ποιεῖ* habet). 338 ut La corr. 323 *ἐπεί τἄν* c. gl. *ἐπεί τοι ἂν.* 337 *ποιεῖν.* 340 *ἀκουστέα.* 345 *ἔπειϑ᾽* c. gl. *ἐπεί τοι.* 355 *ϑνηκότι.*

---

*) Ad Electram Froehnerus codicem denuo contulit in usum Ottonis Jahnii, cui alia ac mihi haec rettulit: 73 *γέρων.* 96 *ἐξείνισεν.* 583 *τυγχάνοις.* 938 *πιϑῇ.* 1065 *ἀποίνητοι.* 1396 *σφ᾽ ἐπάγει.* 1449 *τε φιλτάτων.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

359. 365. 372. 378 ut La corr. 363 *του᾽ μὲ.* 364 *τυχεῖν.* 379 *λήξεις.* 405 *ἐμπορεύῃ ποῖ.* 407 *ἤ.* 413 *λέγοις.* 414 *σμικρῷ.* 421 *δ᾽* om. 422 *ᾧ.* 433. 436. 446. 447. 451. 456. 479. 484 ut La corr. 449 *φόβας.* 451 *μισκρά.* 463 *Ἄδου.* 480 *κλύουσα.* 483 *ἀμνηστεῖ.* 486 *εἰν.* 496 *μήποτε* add. 516 *στρέφῃ.* 517. 534. 543. 559. 561. 564. 588. 590 ut La corr. 534 *τίνος.* 538 *ἔμελλε.* 542 *ᾄδης.* 554 *γ᾽ ὕπερ.* 556 *λόγοις.* 562 *πειθώ. ξύνῃ.* 569 om. *τι.* 581 *τίθῃς.* 584 *τίθεις.* 590 *βλαστόντας.* 592 *λαμβάνεις.* 593 *δ᾽ ἐάν. λέγῃς.* 595 *σε.* 613 *ὕβρισε.* 614 *τηλικοῦτος ἆρ᾽ οὔ.* 618 *προσήκοντα.* 623 *ποιεῖ.* 624 *ποιεῖς.* 631 *σοί.* 633 *ὡς ᾽κ* pr. 636 *ὧν νῦν.* 642 et 681 *ἐς* (?). 651 *ἀμφέπειν.* 653 *εὐημεροῦσαν.* 669 *σ᾽.* 674 *οἶ ἐγὼ.* 675 *ξένε.* 676 *τότ᾽ ἐννέπω.* 690 et 709 *βραβεῖς.* 691 *πεντάεθλ᾽ ἃ.* 721 *δ᾽ ἀνεὶς.* 722 *προκειμένου.* 733 *ἔφιππον.* 734 *δ᾽ ἔχων.* 736 *ὁ δ᾽ ὡς ὁρᾷ. ἐλλελειμμένου.* 737 *ἐνδείσας.* 738 *κἀξισώσαντες.* 746 *ὤλισθε.* 757 *κήαντες.* 761 *λόγοις.* 769 *νῦν.* 771 *τέκῃ.* 772 *ἆρ᾽.* 783 *ἀπήλλαγμαι.* 793 *κἀπεκύρωσε* pr. 796. 797. 802. 809. 811. 818 ut La corr. 802 *ἔκτοσθεν.* 810 *μόνον.* 812 *πῇ.* 813 *ἀποστερημένη.* 817 *ἐγὼ τοῦ γε.* 824 *ἅλιος.* 827 *αἶ αἶ* (quod etiam in La esse uidetur). 833 *ἐς.* 852 *ἀχαίων.* 860 *πᾶσι.* 862 *δυστήνῳ.* 863 *ἐγκύρσαι.* 874 *κατέσταινες.* 876 *ἴασιν.* 879 *ἀλλ᾽ ἦ.* 881. 885. 902. 903 ut La corr. 888 *βλέψασα.* 890 *λοιπὸν ἵν᾽. λέγῃς.* 905 *βαστάσα.* 907 *τόδ᾽.* 912 *ἀκλαύτῳ* (?). 918 *δ᾽ ἦν τὰ πρόσθεν.* 920 *φεῦ. ὡς.* 922 *φέρῃ.* 934 *γὰρ σὺν.* 941 *ὅ γ᾽.* 947 *τελεῖν.* 948 *καὶ σύ που γρ. καὶ πού σοι.* 956 *σὺν. κατοκνήσεις.* 961 *πάρεστι δ᾽.* 962 *ἄλλεκτρα.* 963 *μηκέτ᾽.* 967 *βουλεύμασι.* 978. 981. 984 ut La corr. 984 *τοι* om. 985 *μὴ λιπεῖν.* 986 *πείσθητι.* 987 *ἐκ* om. 991 *τῷ κλύοντι.* 993 et 1007 non om. 999 *εὐτυχὴς.* 1023 *ἂν* om. 1023. 1024. 1029. 1038. 1083. 1084 ut La corr. 1052 *οὔ σοι.* 1053 *τυγχάνῃς.* 1084 *νώνυμος.* 1085 *πάγκλαυστον.* 1093 *ἐν.* 1097 *τῇ Διὸς.* 1099 *θ᾽.* 1107 *Φωκεῖς ματεύουσ᾽.* 1113 *μικρὰ.* 1124. 1128. 1136. 1137. 1139 (non 1131. 1132. 1133) ut La corr. 1141 *ξέναισι.* 1142 *μικρῶ.* 1148 *σοὶ προσηυδώμην.* 1157. 1158. 1159. 1168. 1177. 1184. 1185. 1191. 1193. 1196. 1198. 1201. 1217 ut La corr. 1163 *κελεύθου.* 1169 *μὴ ᾽πολείπεσθαι.* 1174 *ποίων.* 1175 *γλώσσης.* 1180 *τί.* 1187 *ἄλγεσι.* 1188 *γε* add. corr. 1197 *οὐ ᾽παρήξων.* 1198 *γὰρ ἦν.* 1219



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ἔστιν. 1220 ψεῦδος δ'. 1222 προσβλέψουσα. 1224 συμμαρτυρῶ. 1226 χερσὶν. ἔχεις. 1234 γοναὶ bis. 1237 ἔστιν. 1245 ὀττοτοῖ. 1256. 1260. 1267. 1268 ut La corr. 1260 τί. 1263 σ' ἐσεῖδον. 1275 πολύστονον ὧδ'. 1281 ἂν. 1287 λαθοίμην. 1296 οὕτω. 1297 ἐπελθόντοιν. 1298 λελεγμένῃ. 1304 βουλοίμην. 1310 φαιδρὸν τοὐμὸν. 1311. 1313. 1325. 1336. 1350. 1362 ut La corr. 1328 ἐγγενὴς. 1331 σταθμοῖσι. 1337 μέλλειν. 1343 οὖν. 1348 χεῖρας. 1359 ἔφανες. 1365 κυκλοῦσι. 1371 πλείοσι. 1375 ὅσοι. 1390. 1394. 1401. 1407 ut La corr. 1393 εἰς ἑδράσματα. 1396 Ἑρμῆς ἐπάγει. 1399 τελοῦσι. 1404 αἶ αἶ αἶ αἶ. 1408 φρῖξαι. 1409 πο ποτ' pr. ποῦ ποτ' corr. 1414 φθίνει semel. 1415 σθένει pr. 1420 πολύρρυτον. 1422 φονία. 1426 *ΗΛ.* et *ΟΡ.* om. 1430 *ΟΡ.* om. 1431 τὸν ἄνδρ' ἐφ' ἡμῖν; προαστείον. 1433 ὅσσον. 1435 *ΧΟ* praefixum. 1442 Φωκεῖς. 1449 τῆς φιλτάτης. 1456 μ' om. εἰωθότος pr. 1457 χαρτὰ τυγχάνει. 1460 αὐτὸν. 1465 κρείττοσιν. 1466. 1467. 1471. 1481. 1485. 1488. 1490. 1499. 1502. 1506 ut La corr. 1478 ζῶν τὰς. 1483 σμικρὸν.

## Trachiniae.

2 ἐκμάθοι. 3 θάνοι. 7 ναίουσ' ἐνὶ. 15 προσδεδεμένη pr. 19 ἀλκμήνης. 23 θακῶν. 28 ξυνστᾶσ' ἀεὶ. 30 διαδεδεμένη. 32 γήτης. 53 τόσον. 59 τι σοὶ. 69 ἄροτον. 79 ὡς ἢ. 82—84 in margine additi. 82 τέκνω. 86. 99. 100 ut La corr. 101 ἀπείροισι. 113 νορέα (ου superscr.). 118 ὥσπερ. 128. 129 ut La corr. 135 βέβακε. 143 παροῦσα. 150 τόδ'. 163 διαιρετὸν (ἦν superscr.) μένειν. 165 ἀπίῃ. 187 τοῦτο δ'. 189. 193. 200. 204 ut La corr. 213 ἐλαφοβόλον. 228 φέρει. 237 εὐβοῖς pr. εὐβοιὶς corr. 238 τελεῖτ'. 247 ἀνήριθμον γρ. ἀρίθμιον. 249 ὥς φησ'. 253 ἐξέπλησεν. 254 ἐδήχθη. τοὔνειδος. 257 καὶ om. 258. 260. 261. 265 ut La corr. 266 λείποιτο. 277 μοῦνον. 281 ὑπερχλιδῶντες. 289 φρόνει. 308 τεκοῦσσα γρ. τέκνουσα ἤτοι τέκνα ἔχουσα. 312 πλεῖστον. 314 καὶ κρίνοις. 321 μὴ εἰδέναι. 331 λύπης. 333 θέλεις. 335 ἐμμείνασ'. 336 οὕστινάς γ'. 337 ἐκμάθῃς γ'. 350 ἀγνοία. 351 τἀνδρὸς. 353 εὔρυτον. 356 οὐδ'. 367 τόδε. 378 οὐ πάγων. 383 γένεσιν. 383 *ΧΟ.* 385 et 390 ποιεῖν. 390

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

**ΧΟ** pr. huic uersui praef. 393 μολοῦντα. 402—431 ubicunque nunc *ΑΓ.*, in cod. *ΔΗ* est. 412 ποικίλλασ᾽. 414. 418. 425 *ΑΙ.* 424 ταῦτά γ᾽. 431 ἤκουσεν. 432 κοὐχ ἡ. 436 σὺ. 440. 441 ut La corr. 445 non om. ὡς. 449 ἐστι. 453 πᾶν τἀληθὲς. 455 λήσεις. 464 ᾤκτειρα. 475. 485 ut La corr. 476 ἡρακλῆ. 491 γ᾽. 495 κεινὸν. 502 ποσειδάωνα. 519 ταυρείων. 521 μετόπων. 527 ἀμφινείκητον. 530 ὥστε. 534 φράσουσα. 536 non om. 542 ἀντέπεμψε. 549 ὑπεκτρέπειν. 551 καλῆται. 558 νέσσου. 561 λαίφεσιν. 567 πλεύμονας. 570 πίθη. 577 στέρξαι. 579 ἐγκεκλεισμένον. 581 ἐκεῖνος. 587 πεπαύσεται. 588 εἴ τις. 592 οὐδ᾽ εἰ δοκεῖς. 598 ποιεῖν. 602 γ᾽ εὐφυῆ. 608 φανερὸς. 613 ἐν. 621 τι. 622 μὴ οὐ. 633 ναύλοχος. 635 μέσαν. 638 ἀλλάνων. 644 τε κοῦρος. 658 ἀνύσειε. 670 τφ. 675 ἦν (?). 675 εὐείρω πόην. 685 τ᾽. 692 εἴδετε. 696 προὔχριον. 698 κατέψηκται. 700 ἂν βλέψειας. 704 νακχ$^{ε}$ίας. 710 ἔθελγεν. 715 πημήναντα. 718 δόξει γοῦν ἐμοὶ. 720 ὀργῇ. 730 ἐστ᾽. 731 χρόνον. 736 μητέρ᾽. 743 ἀγέννητον ποιεῖν. 747 καὶ. 748 *ΔΗ* om. 749 *ΥΛ* om. 756 πολυθέτους. 757 ἵκετ᾽ οἰκεῖος. 759 προὐξεφίεσο. 767 ἀνή$^{ε}$ει. 774 ἐνέγκαι. 777 ἤκουσε. 778 πλευμόνων. 783 ἀνευφώνησεν. 795 ἄρας et 799 ἄρον. 808 δίκη. 810 προὔβαλες. 813 ἐφέρπεις. 825 ἄροτος. 827 κατὰ δ᾽. 831 φονίᾳ pr. φοινίᾳ corr. 835 ἀέλιον. [837 μελαγχαίτα$^{ου}$. 839 νέσσου. 840 προσέβαλε. ἀπ᾽ ἀλοθρόου pr. 845 ὀλοθρίαις. 881 διηίστωσε. 886 τομᾷ. 888 ματαία. 894 ἀνέορτος. 896 **ΤΡ** om. 898 **ΧΟ** om. 899 **ΤΡ** om. 908 εἴ που. 918 εὐνατηρίοις (?). 932 ὁ παῖς. 944 πλ$^{ε}$ίους. 947 πότερ᾽ ἂν πότερα. 963 ἀηδὼν ξένος. 966 προκηδομένα. 977 γέρον. 978 ᾿ξεγείρης. 1002 ἰακτορίας. 1004 ἰδοίμην. 1009 τοτοτοῖ γρ. τοῦτό τοι. 1012 ἐν πόντῳ. 1017. 1020. 1023. 1044. 1046 personarum notae om. 1018 ἀνήκει. 1021 ὄδυναν. θύραζ᾽ ἔν. 1035 ἐμᾶς. κλῆδοσδος. ᾧ μ᾽ ἐχόλωσε. 1037 σὰ. 1041 ὦ γλυκὺς Ἅιδας post αἰθαίμων. 1044 τάσδε συμφορὰς. 1045 οἵας. 1047 χειρὶ. 1051 ἐμοῖς. 1052 διόλλυμαι. 1054 πλεύμονάς τ᾽. 1059 θήρειος βία. 1071 ὥστε. 1080 δύστηνον. 1081 ἒ ἒ. 1091 ὑμεῖς ἐκεῖνοι. 1094 κατειγάσασθε pr. 1097 τὸν δ᾽. 1109 μόνον. pro 1117 εἰπὼν ὃ χρῄζεις. 1121 ξυνίημ᾽. 1134 σου στραφοίη. 1141 νέσσος. 1150

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

όσ᾽. 1158 φανεῖς. 1159 πρόφαντον. 1161 πέλει. 1167 ἐσελθὼν. 1175 ξύμμαχον. 1176 ᾽πιμεῖναι. 1181 ἔμβαλλε. 1183 ἀπιστήσεις. 1185 ἔμνυμι. 1193 ἐξάραντά σε. 1203 τίν᾽. 1210 ὑπαίθων. 1211 γ᾽. 1215 κοὐκ ἀμῇ. 1216 πρόσνειμαι. 1225 ἐμοῖς. 1230 τὸ. 1232 οὐδὲν semel. 1237 ἐχθίστοισι. 1241—46 personarum notae om. 1241 οἴμοι. 1254 με θῇς. 1266 δὲ θεῶν. 1273 ἀνδρῶν θανάτους. 1277 καινοπαθῆ (γῆ superscr.).

## Philoctetes.

2 ἄστειπτος. 10 κατεῖχ᾽. 15 λοίφ᾽. 16 θ᾽. 23 τόνδε γ᾽ εἶτ᾽. 30 κατακλισθεὶς. 34 *ΟΔ* ἄλλ᾽ ἔρ κοὐδὲν. 35 *ΝΕ* φλαυρουργοῦ. 47 μολεῖν. 52 ὦ. 61 δ᾽ om. 66 οὐδέν μ᾽. 81 τοι. 82 δ᾽. 92 τοσούσδε. 96 καὐτὸς. 100 οὖν. 106 οὐδὲ. 108 δῆτα τὰ. 110 λαλεῖν. 111 ἐς. 112 δέ μοι. 116 θηρᾶτέα. 119 κέκλησ᾽. 120 ποιήσω. 127 αὖθις ἐκπέμψω. 130 αὐδωμένου. 134 πολιὰς add. corr. 136 ἀπόπταν. 139 γνώμα. 140 ἀνάσσεται. 141 ἐλήλυθε. 144 *ΝΕ* om. 150 *ΧΟ* om. 151 φρουρεῖν. 170 του κηδομένου. 171 μηδὲ. 188 ἀθυρόστοθος. 190 ὑπόκειται. 199 ᾧ λέγεται. 200 χρῆναι. 207 λήθει. 214 ἀγροβότας. 216 τηλωπὰν. 217 αὐγάζων. 220 ναυτίλῳ πλάτῃ. 222 ὑμᾶς ἄν. 228 ἔρημος. 236 προσήγαγε. 237 δ᾽ om. 241 οἶσθα δὴ. 246 γὰρ δὴ. 251 οὔνομ᾽. 256 μήθ᾽. 262. 280. 282. 285. 296. 306 ut La corr. 264 Κεφαλήνων. 285 δὴ. 308 καί που. 316 ἀντίποιν᾽. 319 λόγοις. 333 πρῶτον τὸν τόδ᾽ εἴ. 343 ποικιλοστόμῳ. 346 γίνοιτ᾽. 349 ἔπασχον. 369 τολμήσ᾽. 385 αἰτιᾶμαι κεῖνον. 399 παρεδίδοσαν. 409 δίκαιον. 414 ἀλλ᾽. 417 *ΧΟ* om. λαερτίου (ω superscr.). 420 ἀργείων. 421 τί δ᾽ ὃς. 423 κάκ᾽ corr. κ᾽ pr. σοφᾶς. 424 πράσσειν ἦν. 444 ἐφή. 445 δ᾽ ἔτ᾽. 456 θ᾽. 465 εἴκῃ. 470 λίπῃς. 472 ἐνναίοντα. 481 ἐμβαλοῦ. 482 ἐς - ἐς. 485 γούνασι. 493 παλαί᾽ ἂν. 500 ἐς. 519 μέ τις. 521 ὠὖτὸς. 523 ἕξεις. 528 ἔκ γε. 533 προσκύσαντες. 540 νεὼς. 541 αὖθις. 546 ταὐτὸν. 548 ἐξ. 552 ποιεῖσθαι. τῶν ἴσων. 557 προμηθείας. 559 γ᾽. 560 βούλευμ᾽ (α superscr.). 572 οὐδυσσεὺς. 579 πρὸς. 581 εἰς. 582 διαβάλῃς. 585 ἐγώ εἰμ᾽. 586 ἀτρείδας. 587 λόγων (?). 608 δ᾽ ἄγων. 614 ἤκουσ᾽ (?). 630 ἄγοντ᾽ ἀργείοις. 634 οὕνεχ᾽. 639 τοὐκ. ἀγῇ. 652 ἀπημελημένων. 654 τόξα νῦν. 655 ἄλλα

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

γ᾽ ἐσθ᾽. 663 τόδ᾽. 681 ἐσίδον μοίρᾳ. 684 οὔθ᾽ ἔρξας. 698 φύλλοις. 701 ἄλλοτ᾽ ἄλλᾳ. 702 πᾶς. 705 ὑπάρχει πόρων. ἐξανίησι. 711 πτανῶν πτανοῖς ἀνύσειε. 715 πόματος. δεκέτη χρόνον. 716 λεύσσων. 729 ὄντας. 731 ἀποπλήκτως. 732 et 739 ἆ ἆ ἆ. 736 θεοὺς οὕτως. 741 δέ τῳ. 752 ποιεῖς. 754 παππᾶ παππαῖ παῖ. 755 τοὐπείσαγμα. 759 ὡς. 760 ἰὼ ἰὼ δύστηνε. 762 δῆτα. 767 ἐξήῃ. 771 μηδέ τῳ. 772 μεθεῖναι ταῦτα μὴ σαυτῷ. 783 φοίνιον. 784 προσδοκῶ. 789 φύγητε. 790 ἀτταταῖ. 803 σὺ om. 808 ἐπέρχεται. 809 καταλίπῃ. 813 μενεῖν. 815 λεύσσεις. 830 ὄμμασιν. 840 ἀλλίως. 849 δύναιο. 850 κεῖνό μοι λάθρᾳ. 851 ἐξιδοῦ ὅτι. 852 ὃν. 853 ἴσχεις. 861 ὧς τις. 862 φθέγγει (η supra ει). 863 τὸ δ᾽. 868 τῶνδε bis. 870 ἐλεεινῶς. 873 οἱ ᾽γαθοί. 880 κόμπος. 881 ὁρμώμεσθ᾽. 884 σου. 895 γε. 897 οὐν οἶδ᾽. 901 ἔπεισεν. 906. 913. 966 πάλαι. 907 γε. οἷς δ᾽. 910 εἰμ᾽ ἔγω. 911 ἔοικε. 916 τὸν. στόλον. 924 τὰ. 926 ποιεῖ. 932 ἱκνοῦμ᾽ ἀπόδος. 933 μή μου᾽ φέλῃς. 934 προσφωνεῖν μ᾽. 941 ἅπαξ οἴκαδ᾽. 943 προσθεὶς. 945 ἑλών μ᾽ — βίας ἄγει. 949 χρὴ ποιεῖν. 950 σαυτοῦ. 952 σχῆμα. 956 ἀλλ᾽ om. 958 πρόσθε. 967 παρῇς. 969. 971. 978 personarum notae om. 985 μὴ ῥπῃς. 989 τῆσδε τῆς γῆς. 994 πειστέον. 999 χρή. παθεῖν. 1003 ξυλλάβετέ γ᾽. 1007 uersus primum omissus a corr. suppletus. 1010 ποιεῖν. 1012 τ᾽ om. 1014 θέλονθ᾽. 1019 καὶ σὺ γρ. φεῦ ὄλοιο καί σοι. εὐξάμην. 1023 τε. 1024 δισσῶν. 1028 ἔβαλον. 1037 ᾽γ᾽ ὡς. ἐπεὶ. 1051 μου. 1067 προσφεγκτὸς. 1084 οὐδέποτε. 1097 ἔχῃ τύχα τῷδ᾽. 1102 **ΦΙ** om. 1106 αἲ αἲ αἲ αἲ. 1123 που. 1128 τόξον φίλων. 1132 ἄθλιον γρ. ἆθλον. 1134 μεταλλαγῇ. 1146 πτανaὶ. 1148 οὐρεσιβώτας. 1151 πρόσθε. 1153 ἀνέδην. 1155 ἕρπεται. 1163 πέλασσου. 1168 ᾦ. 1175 γαῖάν μ᾽ ἤλπισας. 1177 με λείπετ᾽. 1179 ἴωμεν ἴωμεν. 1186 αἲ αἲ αἲ αἲ. 1187 ὦ. 1188 τίς ἔτ᾽. 1191 **ΧΟ** om. 1193 οὔτι pr. νεμεσητὸν. 1197 **ΦΙ** om. 1209 νόσος. 1218 νεὼς ὁμοῦ. 1219 ἂν ἦν. 1223 σὺν σπουδῇ. 1226 πιθόμενος. 1231 χρῆμα δράσεις. ὑπῆλθέ τις. 1235 δὴ. 1237. 1238. 1246. 1255. 1259 ut La corr. 1244 ἀκήκοας. 1243 δὲ om. 1252 **ΟΔ** om. 1253 **ΟΔ**. 1254 **ΝΕ** ἔστω. *ΟΔ* χεῖρα. 1255 **ΟΔ** om. 1261 σοὶ δ᾽. 1263 θόρυθος. 1264 κεχρημένου. 1266 κακὸν. 1267 φέρον. 1270 οὔκουν. 1271 οἶσθα. 1273 μὴ νῦν. 1276 ἂν. 1277 per-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

sonarum notae omissae. 1285 *μάλιστ'*. 1287 *ἐμου*. 1289 *ὕψιστον*. 1292 *πρότεινε*. 1297 *πεδί'*. 1300 *ἆ ἆ*. 1302 *τί μ'*. 1310 *δ'*. 1312 *ϑ'*. 1319 *τούτοις*. 1322 *εὐνοίᾳ λέγων*. 1327 *χρύσης*. 1331 *τίδε δ'*. 1332 *ἑκὼν αὐτὸς*. 1333 *ἀσκληπιαδῶν* pr. 1335 *φανῇς*. 1348 *με δῆτ'*. 1354 *ἐμοῦ*. 1358 *με τἄλγος*. 1360 *κακῶν*. 1366 *τάδε*. 1369 *ἀπόλλυσϑαι*. 1381 *κάλ' ὁρῶ*. 1384 *τάδε*. 1386 *ἐχϑροῖσί μ'* (?). 1388 *λόγοις*. 1389 *οὐκοῦν*. 1390 *ἔγωγ' ἀτρείδας*. 1391. 1392. 1409. 1422 ut La corr. 1393 *γ' ἐν* add. corr. 1394 *δυνησόμεϑα*. 1395 *μὲν*. 1401 *λόγος*. 1404 *φεύξομαι*. 1408 *ἀλλ' εἰ*. 1410 *αἴῃς*. 1412 *τ'*. 1416 *κατερητύσων*. 1427 *νοσφιεῖς*. 1430 *πλάκας*. 1441 *πορϑεῖτε*. 1448 ***ΝΕ*** om. 1452 *στείχων*. 1456 *ἐτέχϑη*. 1461 *γλύκιον*. 1469 *χωρῶμεν ἰδοὺ*. *ἀολλεῖς*.

---

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf